



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCXIV. ad annum CCCXLVI.

Parisiis, 1644

XIV. De his qui velut peccatum copulam deserunt nuptiarum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15072

XIV.

Si qua mulier derelicto viro discedere voluerit, soluto vinculo coniugali nuptias contemnendo, anathema sit.

ANNO CHRISTI

XV.

Dist. 30. Si quis dereliquit.

Si quis dereliquerit proprios filios suos, vt non eos alat, atque eis secundum pietatem necessaria non præbuerit, sed sub occasione continentiaë negligendos putauerit, anathema sit.

XVI.

Dist. 30. Si qui filii.

Si qui filii parentes, maxime fideles, deseruerint, occasione Dei cultus, hoc iustum iudicantes esse, & non potius debitum honorem parentibus reddiderint, vt hoc ipsum in eis venerentur, quod fideles sunt, anathema sit.

XVII.

Distin. 30. Quæcumque mulier.

Quæcumque mulier, religioni iudicans conuenire, comam sibi amputauerit, quam Deus ad velamen eius, & ad memoriam subiectionis illi dedit, tamquam resoluens iura subiectionis, anathema sit.

XVIII.

Dist. 30. Si quis tamquam hoc.

Si quis, tamquam hoc continentiaë conuenire iudicans, die dominico ieiunauerit, aut^b in eiusdem diei contemptum, anathema sit.

XIX.

Si quis eorum, qui in proposito sunt continentiaë, præter necessitatem corporalem, & superbiens, ieiunia communia totius ecclesie putauerit contemnenda, perfectam in sua scientia vindicans rationem, anathema sit.